HERBERTUS CLARAEVALLENSIS. LIBER MIRACULORUM S. IOHANNIS BAPTISTAE
u. a. Stams, 13. Jh. (T. I 13. Jh. und T. II um 1300) Seite 67v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31304
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



nachi quam conversi in unam aciem conglobati cum magno impetu super
demones irruerunt. et singuli singulos invadentes. in manu po
tenti et brachio excelso omnes penitus expulerunt. et me perdidi gratiam
liberaverunt. Audientes itaque fratres gavisi sunt gaudio magno. et abe
untes in instanti sacrosanctum corpus domini ei exhibuerunt. Ipse vero compunctus
ac penitens cum ingenti pietate et reverentia communicavit. et pro
nus in bona confessione spiritum emisit. De converso qui retinens proprieta
te communicavit. et obe
batur.

L. III. C. XXVII

In monasterio longipontis eiusdem ordinis.
conversus quidam denarium et unam buculam absque licentia.
peculiaritatis vitio retinebat. Igitur die pasche cum sacramentum oblati
onem recepisset. visum est ei quod prunam ardentem precordiis eius aliquis
iniecisset. Qui mox de oratorio exiens. suumque diversorium adiens. quantotius id
quod acceperat nausea purgente reiecit inciniens. antequam vas aliquod ad exci
piendum apprehendere posset. Tunc accersito abbate loci confessus est negli
gentiam suam. et periculum presens quod ex ea incurrat. Incrastinum autem prefatus abbas
cuncta que accidant. ad fratrum audientiam in capitulo retulit. et pro negligentia
sancte communionis communem penitentiam nobis qui affuimus iniunxit. Porro conversus idem
crescente egritudine lecto decubuit. et diutissime postea languens. utrumque
deinceps convaluit. Incertum est nobis. De converso qui ydolum combussit.

L. III. C. XXXV

Quidam honestus frater de fontinetis quomodo ei demon irascens appa
ruit.
ti monasterio teutonicus ni fallor genere. antequam con
versionem suam profectus est aliquando pergere mercimonii causa ad terram paganorum.
qui in partibus aquilonis usque hodie plurimi sunt. Habebat autem comitem itineris